extraneo. Inde est qd si excusat se a tutela perdit legatum quia non
fuisset sibi alias legaturus. Non enim ex affectu alio legabat.
Secus in filio vt ibi dicitur. ¶ Et iccirco secus esset si probare-
16 tur quod donator diligebat paruulum anniculum. † Nam ex af
fectu eius qui dat res eximatur. ff. de ma. vin. illud. in fi. pro quo
est arg. ff. de leg. j. si seruus plurium. Multomagis patris contẽ
platione. Dicitur enim donatũ si pater seruiuerat donatori. Pre-
sumit enim propter patris seruitia remunerãda donasse vt dictis
legibus. ff. mã. ⁊ de in rẽ ver. si pro patre. §. plus dicit. Itẽ si tpe
donationis filius erat in potestate. licet statim vel cãm tradit sit
emancipatus spectemus initium vt patri quesitum sit. ff. de ver.
ob. si filius. Secus in legatis si tẽpore mortis testatoris inueni-
tur emancipatus. ff. de lega. iij. a patre. de lega. ij. si alius seruus.
¶ Item circa hoc qd dictũ est pluries in superioribus ⁊ in hac
glo. dari per ordinem patri. s. dũ viuit filiis. s. post eius obitũ per
leges. s. alle. ⁊ sic videt obtentũ ꝑ interpretationẽ. Attẽdẽdũ qd
predicta iura nõ vident hoc ꝓbare vnde ꝑdicta gl. iij. in. d. l. gal-
lus. §. j. recedit ab hoc dicto extraneo instituente. imo etiam in
auo habente in potestate vt. s. nepos concurrat cũ filio eodemq;
patre qñ ipsi nepoti poterat acquiri: quia nõ erat in potestate filij
eiusdẽq; patris liberatus. s. a patria ptãte post testamentũ. ff. de
leg. iij. a patre. ⁊ hoc probat per verba illa super expositione di-
cti galli quidam recte putant ⁊c. vt eo casu valeat qui ex verbis
concipi potest hic enim casus põt cõcipi ex illis verbis vt filius
emancipatus post testamẽtũ ꝯcurrat cũ patre sub instituto. nec

obstat lex peto. §. fratre. ⁊. C. de ver. sig. l. fi. quia ibi legabatur fa-
17 milie † nomẽ autem familie multos gradus cõtinet. ⁊ sic vocat
vnus post alium sicut sunt priores in gradu. ff. de lega. ij. l. cum
ita. §. in fideicõ. ⁊ sicut ibi dicit. secus nominarent. vt lego titio
patri ⁊ seio filio vel lego titio patri ⁊ liberis eius: quia tunc fi-
lij vel qui sunt in primo gradu liberorum admittẽtur vna cum
patre. §. a te peto. ⁊ l. heredes. §. fina. non faciunt ad hoc. nam
ibi posuit verbum disiunctum vel hic copulatiuũ patri ⁊ filio.
disiuncta autẽ nõ semper accipit pro coniuncta. C. de verbo. sig.
l. pe. nam affectus ratio ⁊ verbi prolatio considerãtur in hoc. vt
ibi in glo. ¶ Item in. l. heredes. in fi. separauit ⁊ disiunxit gra-
dus adiiciendo electionis potestatem certo modo vt dicit lite-
ra. At hic simpliciter coniunxit in donatione patrem ⁊ filios.
non obstat lex in his. §. fina. nam ⁊ ibi copulatiue dixit ⁊ sortem
⁊ vsuras. ⁊ tamen in vsuras primo quia in generaliter dictis in
terpretamur expressum id quod de iure intelligitur. vt. l. si cui.
non enim ex iure ibi sumitur id qd agi videatur. ⁊ argu. de vul-
ga. ⁊ pupil. sub. l. ex facto. C. de inoffi. testamen. l. si quoniam. sed
ius intelligit vt prius vsuras. at hic donando patri ⁊ filio non
intelligit quod prius patri: ⁊ deinde filio imo intelligit quod
vtriq; pro medietate acquirat. vt in. l. si quis titio. cũ si. ¶ Ubi
ergo interpretatio probaretur planum esset. ff. de leg. minime.
de admini. tuto. quidam decedens. ad municipa. l. constitutio-
nibus. C. de iniur. l. fi. Sed certa etiam non probata interpreta-
tione videt hoc verũ vbi nõ cõstaret donantẽ velle acquisitũ filio
in vita patris vt filio demum post patris mortẽ videatur velle
acquiri. Nam extraneus dans patri ⁊ filio nõ plus diligit filium
☞ titij quam ipse pater: imo minus. Quia nõ est amor qui vincat
paternum. C. de cur. fur. l. fina. ff. de ritu nup. l. non solum. §. de
vno. sed cum acquirit pater ⁊ stipulatur seu paciscitur filio, nisi
constet quod tanquam filio voluerit queri semper presumitur
etiam vbi nominatim filium expressit quod tanꝙ heredi acqui
siuerit. vt. s. ipsi patri dum viuit filio cum post mortem fuerit
eius heres eo quod omnia nostra filiis nostris ex voto post mor
tem paramus. vt dictis legibus. vnde liberi. scripto. in fi. de bo-
nis que libe. nihil interest. de proba. si pactum. de inoffi. testa-
men. nam ⁊ si. ⁊ notatur. ff. de pac. si tibi decem. §. si pactus. vbi
18 est copulatiua ne scilicet petatur a se ne ve. i. ⁊ ne a filio. ¶ † Et
si naturalis est quod pater prouideat filio: quia patria potestas
consilium capit pro filiis. ff. de adulte. nec in ea. de bo. dam. cum
19 rationalis. C. qui accu. non possunt. propter insidias. ¶ † Et quia
pietas paterni nominis gemina est vna communis omnium
hominum: alia singularis inter patrem ⁊ filium. ff. de lib. ho. ex-
hi. l. iij. §. si cum. eo modo quo natura. i. pater naturalis actus
extraneorum imitantur naturam. ff. de adop. l. adoptio. ¶ Itẽ
attende ex premissis quod idem erit in feudo paterno antiquo
quod in nouo dictum est. nam si paternum constaret datum
contemplatione eius qui vellet alienare sicut hoc plenius alibi
examinauimus cum suum esset quod sui contemplatione do-
natur posset alienare sicut ⁊ nouum: puta dedi feudum titio et
filio Sempronio ⁊ Seio filio Sempronij: vt post mortem ordi-
nem haberet ⁊ constaret vere vel presumptiue ex his que. s. di-
cta sunt quod contemplatione seij voluit ad ipsum seium perue
nire post mortem aui ⁊ patris: sicut in proxima responsione ta-
ctum est. Sed quia hec raro eueniunt quod contemplatione
succedentium posteriorum dentur maxime cum non sint ad-
huc nati posteriores succedentes. ideo in feudo paterno de quo
non constabat datum contemplatione alienare volentis deter-
minauit hoc. c. de aliena. feu. pater. an inuitis his qui ad succes
sionem venturi erant posset alienari. iura quidem constituun-
tur in his que frequenter non que raro. ff. de legi. nam ad ea. de
vsucap. iusto. in princi. nec exclusit dictum casum raro euenien-
tem quando contemplatione posterioris succedentis datum es
set. ⁊ sic quantum ad effectum idẽ in vno ꝙ in alio. ¶ Sed in no
uo facilius apparet cuius cõtemplatione datũ esset feudum si-
cut ex superioribus plene patet. postꝙ autẽ feudum antiquum
peruenit ad quartum successorem vel quintũ faciliter labitur
de memoria labili fragili ⁊ infirma qualiter datum fuit. argu.
C. de vete. iu. enu. l. ij. §. si quid autẽ. ff. de acqui. pos. peregre. licet
forma consueta que solet in priuilegiis ⁊ concessionibus appo-
ni semper presumatur. extra de consti. cum. M. Nã que insunt
contractui intelligunt etiam si non exprimantur. ff. de iure dot.
stipulatio. de act. item quia ⁊ si exprimunt non faciunt cõditiona-
lia que aguntur. ff. de leg. j. l. iij. de condi. ⁊ demon. conditiones
que extrinsecus. hic tamẽ dic vt plene dictum est. s. in qui. cau.
feu. amit. c. j. in fi. vnde tũc quando nõ apparet datum patri et
liberis: quia est feudũ antiquũ non apparet concessio nec sunt te-
stes: poterit pater exheredare filiũ in feudo. sic intelligit qd dici-
tur in summa de exheredatis an succedãt in feudo: sed si appa-
ret datum patri ⁊ liberis distingue. vt. s.
1 ☞ Lite aut controuersia inter vasallũ ⁊ dñm de feudo vertẽte
dñs non erit iudex in causa propria.

2 Dominus agit contra vasallũ reuocando feudum et dñs suũ es-
se feudũ dicit sed qd̃ iniuste possidebat possessor tenens dicebat se
debere inuestiri per dominuz questio hec vbi terminatur.
3 Dñs imponẽs feloniã vasallo vel quia infidelis ei fuit propter qd̃
dz feu. priuari si non potest per testes probare an offerre debeat
pugnam vasallo. ⁊ nu. 4.
5 Vasallus qui potuit dominũ a morte liberare et nõ fecit priuabi
tur feud.

Si inter dominũ. Scd̃a pars prin-
cipalis. ¶ Alij ha
bẽt rubricã hic corã qbus feu. cõtrouersie finiuntur.
1 Sz nõ vtimur. ¶ Quo dicit hoc capitulũ. ¶ †Et p̃-
mo dr̃ hic qd̃ si sit lis aut controuersia inter vasallũ ⁊ dominum
de feudo: dñs non erit iudex in causa ꝑpria. C. ne quis in sua cã
in rubro nigro. Hec q̃stio finietur coraz paribus si dicebat eum
excidisse a iure feudi: vasallus confitebatur feudum: sed nega-
bat culpam que laudãda est iudicio parium. s̃. de feu. sine culpa
non ami. c. j. ⁊ quo tp̃e miles. scim⁹. al's si negaret in feudũ se tene
re: nec dñs esset in possessiõe vel quasi habẽdi sicut vasall⁹ seque-
retur forũ rei. de hoc dictũ est. s̃. de cõtro. feu. apud pa. termi. c. j.
⁊ c. precedenti in fi.

Vbi autẽ. Scd̃m delictũ vasallus agit ꝯ dñm tenẽtem
feudũ dicẽs q̃ dz eũ inuestire dñs dicebat q̃
nõ. ¶ Vt dñs agit ꝯ vasallũ reuocãdo feudũ: dicebat dñs q̃ nõ
2 erat feudũ. †Sz q̃ iniuste ⁊ indebite possidebat. tenẽs possessor
dicebat se inde vasallũ ⁊ debere inuestiri p dñm ĩuesties me p̃us
qr̃ successi pr̃i meo. s̃. quo tẽpore miles. c. j. ⁊ post rñdebo tibi. vel
dñs petebat omnia que possessor tenebat. tenens dicebat se va-
sallum de aliqua re qua dicebat se inuestiri primo p eũ hoc dñs
negabat quid erit distinguitur. An hic tenens erat vasallus dñi
de alia re de qua non erat controuersia quin eam hr̃et in feudũ.
⁊ tunc prius est cognoscendum q̃ sit suũ rectuz feudũ ⁊ qd̃ non
qr̃ examinabitur primo vtrum sit inuestiendus de eo qd̃ dicit se
debere inuestiri: aut non tz nec erat vasallus de alia re nisi de eo
qd̃ est in controuersia: ⁊ tunc tota causa prius est ventilanda. ⁊
postea cognoscendum vtrum sit inuestiendus nec de hoc dicit.
Quidam dicunt se nõ intelligere quid voluit dicere Ober. de or
to ad quid ⁊ ad quem effectum fiat hec distinctio non videmus
dicunt: nisi dicas q̃ ꝑꝑea quia est vasal. de re indubitata ⁊ aliqd
nouum dz dici in eo ⁊ voluit consuetudo quam recitat Ober. de
orto hic. argu. eorum que dicuntur. s̃. de controuer. inue. §. si v̓o
feu. Sed certe hoc nouum est ꝯ vasallũ vel dic qd̃ qñ domin⁹ pe
tit a vasallo quicqd tz ⁊ est indubitatũ aliqd tenere in feudũ. de
hoc prius cognosci si id de quo dicebat debere se inuestiri est vel
debet esse suum rectum feudum vel nõ. ¶ Sed ad quem effectuz
nam dñs non dz interim repelli a vẽditione aliorũ que nõ dicit
debere suum feudum esse lex incerti. C. de interdic. ⁊ similes lo-
quuntur in eadẽ re de qua vnus possessorio alter petitorio agit
nisi dicat hoc nouum statui in feudis qd̃ nihil est hec enim con-
suetudo non habet rõnẽ nec esset seruanda alibi maxime vt di-
ctum est in preambulis: si dicit possessor non vendices a me nisi
prius me inuestias de tali re nullo iure fulcitur hoc dictum etiã
si erat spoliatus inde. ⁊ sic postea deberet ei restitui. nos enim po
nimus in tenente. ⁊ si non teneret idem esset si non esset aliunde
vasallus qui obiecit spoliationẽ: vel dic q̃ prius examinabitur
qd̃ sit suum rectum feudũ qr̃ confitebatur dñs q̃ hic erat vasal-
lus suus. sed nesciebatur de quo vel probauerat: qr̃ erat argu. de
hoc: in quasi possessione examinabitur qd̃ sit suũ rectũ feudũ qd̃
est illud feudum de quo dicit se vasallum esse. qd est autẽ qd̃ dici
tur tũc prius an retardabit̃ vẽditio dñi de alijs reb⁹ certe nõ vr̃
vt p̃dictũ est. Sz si diceret oĩa illa que petit dñs vẽdicãdo tenere
in feu. hic discutit̃ prius. s. q̃ det̃ sñia sup vẽdicatione quã dñs ꝓ
ponit ad oĩa qr̃ in illo iudicio examinabit̃ si illa vel alia tz in feu.
⁊ si cõstabat q̃ de oĩbus est vasallus: dñs nõ ꝓbat culpã p quã p
didit: vincet vasallus. si vero ꝓbabit de aliquibus de alijs vincet
dñs. ⁊ sic apparebit qd̃ sit rectũ feudũ suũ ⁊ qd̃ nõ Si v̓o nõ cõ-
stet q̃ sit suus vasallus tota cã vẽtilabitur ⁊ erit nõ idẽ effectus:
quia si non probat q̃ cõstet suũ feudũ dñs vincet. Itẽ si ꝓbet q̃
dz esse suum feudum cũ non sit in quasi possessione tenẽdi: sicut
feudum restituet dño ⁊ tunc examinabit̃ vtrũ debeat inuestiri
nã in modũ excep. hoc posuerat ⁊ id̃ dñs in hoc iudicio nõ cogit̃
inuestire qr̃ nõ fuit petitũ in agẽdo extra de or. cog. cap. secũdo.
Sed in proximo superiori dñs confitebatur vasallum vel cõsta-
bat ⁊ ignorabatur de quibus rebus hoc constito iam dñs ex sua
confessione vel ex ordinaria probatione succumbet in illis. Idẽ
si hic tenens dicit se filium vasalli. j. tp̃s anni. nec negat patrem
in feudo tenuisse vel probatur dz inuestiri. ⁊ his modis posset
hoc. c. intelligi. Sic ponetur in eadẽ re qd̃ dñs vẽdicabat vasal-
lus dicebat se debere inuestiri de illa precedet iudiciũ inuestitu
re vt sciatur qd̃ est vel eẽ dz suũ rectũ feudũ quasi p̃iudicium q̃le
quale fieret si interim agatur rei vẽ. ar. ff. de exce. fundũ. ⁊ l. fun
di. Si hoc eẽt verum ad quid distingueretur sit vasallus al's vel
non cũ idẽ deberet esse vtrobiq̧. Itẽ si in modũ reconuentionis
dñs vendicat prior dicit se inuestiri debere. idẽ vr̃ q̃ non debeat
impediri vna propter aliaz. d. c. ij. de ordi. cog. imo videtur fieri
debere condẽnationẽ: qr̃ cõfitetur esse dñi. ⁊ primo tractari vtrũ
sit inuestiendus vt in fi. §. vr̃ dici qr̃ si probaret inde se inuestitũ
perimeret vendicationem dñi: qr̃ ẽt ꝯ dñm ageret nedum excipe
ret. ff. si ager vec. l. j. in fi. ⁊ l. ij. vel pone vt. s̃. de con. inuesti. §. cũ
autem q̃ de alia re. i. parte rei erat vasal. qr̃ tenebat medium de
alia parte dicit se debere inuestiri. ⁊ sic vasal. agente ponitur hic
cã prius discutietur. i. anteq̃ finietur ⁊ determinetur qr̃ p hoc co
gnoscetur q̃ sit suũ rectũ feudũ. ⁊ hec p̃sumptio qr̃ possidet p tẽ
dabit sacr̃m vas. agnati. vt in. §. cũ aũt. sed si nil possideat vẽtila-
bitur tota cã. i. ius agentis ⁊ ius conuenti discutiet̃. ⁊ p hoc vi-
debitur sit inuestiendus vel non qr̃ si ꝓbat vere vel non p sacr̃m:
qr̃ promisit inuestire inuestiet. nã ad hoc agit vas. cũ distinctio-
ne probet per pares vel breue testatuz. s̃. qd sit inuest. §. j. ⁊ quot
testes sunt ne. ad no. inuest. probã. c. j. vñ dñs conueniebat̃ in to-
to isto. §. sed hoc est facere vim litere.

3 **Non est consuetudo.** †Tertia pars prin
cipalis domin⁹ im
ponit feloniam vasal. vel qr̃ infidelis ei fuit ꝑpter quod debet
feu. priuari. si nõ potest probare per testes an offert pugnã vas. dr̃
qd̃ Mediolañ. non. sed iure lon. de infidelitate fit pugna in lon.
quali. quis se defen. quibuscunq̧. ⁊ l. si seruus. ⁊ l. fi. imo est qua-
si irregulare iure illo ex parte compellentis. sed ex parte rei in
quatuor casibus. vt dictum est. s̃. de pa. te. ⁊ eius viola. c. si vnus.
⁊ c. si miles. Et pugnabunt etiam principales per se campione
non dato nisi esset infirmus qui appellatur vel nimis iuuenis
vel senex. dictis legibus quicunq̧. ita q̃ sint pares: nam rustic⁹
non ꝯ militem. vt. d. §. si miles. ⁊ hec pugna fit cum armis mili-
taribus: qr̃ compellatur de infidelitate. vt. d. l. quibuscunq̧. Sed
testes cum fustibus pugnant. vt in lon. de testi. si quis cum alte
4 ro. ¶ †Et sicut dñs vasallo pugnam offert qñ de infidelitate cõ-
pellat. sic econtra dicit glo. qñ ⁊ vas. dñm dicit erga se infideliter
gessisse ⁊ culpam commisisse ob quam proprietatem feudi amit-
tere debeat qr̃ in omnibus dz ei reddere vicẽ. qd̃ est notandum.
Et hoc casu non hz locum q̃ vas. non sit miles vel de genere mi
litum. vt in. c. si miles aduersus. s̃. de pa. te. qr̃ non deberet ad im
paria iudicari. de quo dictuz est. s̃. de. l. corradi. §. ex eadem. l. ⁊
c. j. in prin. tituli. si mil es. loquitur non in dño ⁊ vasal. vel eo ip̃o
ẽ nobilis. qr̃ hz feu. ꝯhit̃ aũt paradogiũ. i. q̃lisqualis nobilitas p
infeudationẽ. s̃. qs dica. dux vel mar. c. j. ⁊ ponitur miles in. d. c.
si miles. pro omni infeudato sic ⁊. s̃. Imper. Loth. Eugenio pa-
pe. c. j. ⁊ c. seq.

5 **Si a morte.** †Vltima pars principalis si vasallus
posset dominum liberare a morte ⁊ nõ
fecit priuabitur feud. debuit enim tunc iuuare in prelio. s̃. qui.
mo. feu. amit. in prin. vel denunciare ei mortem sibi paratam si
sciebat ⁊ impedire non poterat. s̃. que sit cau. pri. §. preterea. Sz
salutẽ suã nõ dz postponere saluti dñi. lz secus sit in seruo in quo
plus iuris hz dñs q̃ in vasallo. ff. ad sil. l. j. §. hoc autẽ. ⁊ dictũ est
d. c. qui. mo. feu. ami. ¶ Et no. qr̃ dicit si potuit sic ẽt in alijs ser-
uitijs. s̃. ti. ij. in fi. que sit cau. pri. §. lz nec iustior. de feu. si. cul. nõ.
l. ij. ¶ Illud autẽ dicimus posse qd̃ cõmode possumus. ff. de v̓b.
sig. si nepos proculo. in fi. de iu. do. auus. de condi. insti. filius sic
dr̃ de milite q nõ precessit ꝑpositũ suũ cũ posset. ff. de re mili. om-
ne. §. fin. Sed lz si dñs incidebat in periuriũ: qr̃ nõ poterat sol-
uere q̃ iurauerat vasall⁹ nõ tenetur soluere ꝓ eo ne incidat ĩ pec
catũ piurij. s̃. si de feu. cõtro. fu.. lz. ĩ fi. dz eẽ egregia cã ingratitu
dinis per quam feu. priuetur non sufficit quelibet occasio. s̃. in
qui. cau. feud. amit. in principio. vnde propter hanc nõ priuabi-
tur feudo.

¶ De capitulis Corradi. Rubrica.

1 ☞ Vasallus infra annũ ⁊ diem mortuo domino ab herede pe
tat inuestituram vel mortuo vasallo heres eius a domino petat
inuestituram feudi que est quedam confirmatio.
2 Inuestiri non debet qui negat iurare.
3 Inuestitura noua vel veteri facta que est confirmatio dñs tenẽs
debet tradere possessionem.
4 Priuari dz proprietate feudi si differat infra annũ ⁊ diẽ inuesti
re petentem.
5 Leges qui facere potest subditis suis extra fines regni: quia põt
etiam iubere ⁊ iudicare.
6 Vasallus vendat vel alienet feudum sine dñi voluntate ⁊ cõsen-
su reuocabit dñs feudũ non obstãte prescriptiõe.
7 Feudatarius nõ potest alienare sine consensu domini an possit
in feudum dare.
8 Feudatarius terras parum vtiles de demanio locans vt plan-
tentur ⁊ certa portio fructuũ reddat̃ annuatim dño an tenebit.
9 Feudatarius habet vtile dominium.

10 Dominium vtile transfertur in eum cui datur in feudum.
11 Dñium non est apud duos insolidum ⁊ eadem ratio est in vtili que in directo.
12 Seruitium domino feudi debetur qui habet rempublicam vel fiscum vt sunt reges alias iniquum est factum reipub. ⁊ fisci equiparari priuato.
13 Ostenditie que vocantur ⁊ ad qd̃ applicantur.
14 Releuia que sunt ⁊ quibus prestantur.
15 Prelatus nouus successor an soluat releuium si tenet feudum.
16 Dominium rerum ecclesie ⁊ feudi semper est apud ecclesiam.
17 Ecclesia subest domino temporali a quo tenet feudum.
18 Ecclesia non prestat releuium quia dominium semper est apud eam.
19 Prelati delictum preiudicabit ne ecclesie. ⁊ nu. 20.
21 Ecclesia non patitur traslationis sollicitudinem.
22 Prelatus committens culpam in vasallum ecclesie tenentẽ feudum ab ecclesia ob quam culpam si laicus esset priuaretur feudi proprietate an priuabitur eo viuente.
23 Ecclesia collegium vniuersitas vel ciuitas habens feudum si ab alio destruatur vel annihiletur an feudum tunc domino aperiatur.
24 Ecclesia non est vbi schisma est.
25 Ecclesia ad alium locum translata idem erit rector huiꝰ ecclesie qui facit seruitium domino feudi.
26 Ecclesia collegiuꝫ vel vniuersitas si ab hostibus destruatur nõ propter delictum tunc retinet talis ecclesia omnia iura ⁊ priuilegia sua.
27 Ecclesia alteri vnita qñ videlicet de duabus ecclesijs fit vna et qñ vna subijcitur alteri quantum ad subiectionem nõ est dubiũ quin retineant omnia iura sua.
28 Papa non est dominus rerum omnium ecclesiarum sed dispẽsator generalis.
29 Papa vel princeps non possunt condere legem sine iusta cã vt liget in foro conscientie vel iudiciali.
30 Vxoris ad virum maior est vnio ꝙ ecclesia vnita cum alia: vbi est copulatio diuini ⁊ humani iuris ⁊ est vnio indissolubilis qr qd̃ deus coniunxit homo non separet.
31 Vnio translatio ⁊ incorporatio non est de illis similis argumentatio.
32 Ecclesia non est heretica ppter prelatũ ⁊ clericos hereticos quorum delictum non dꝫ ecclesie nocere.
33 Immunitate alicui concessa inest conditio si sit idoneus.
34 Collegio reprobato nõ vꝫ donatio ⁊ mortuo legatario legatum est caducum seu pro non scriptum.
35 Ecclesia romana ⁊ papa qui est pater oĩm xp̄ianorum vicarius dei patris quomodo non succedit.
36 Iniquum est perimi id de quo cogitatum non docetur.

HEc sunt capitula.

Quatuor sunt capitula Corradi in hoc titulo. ⁊ ideo hec capitula
1 in quatuor partes diuiduntur. ¶ † Primum capitulum Corradi fuit quod infra annum ⁊ diem mortuo domino vasallo ab herede. vel mortuo vasallo heres eius a domino petat inuestituram feudi que est quedam confirmatio. s. per quos fiat inuestitu. in princ. quia de veteri loquitur non de noua. igitur non presumit tempus sed est cõmunis prescriptio in regno sicilie vt dictum est. s. si de feudo controuersia fuit. c. si minori. sed iure isto feudorum sic: quia in omni infeudato loquitur lex fre. imperialem. §. preterea. vt ⁊ diximus. s. per quos fiat inuesti. §. j. sic intellige diuersitatem istorum dictorum vt non heres. ¶ Sufficit si dicat peto inuestituram etiam si non dicat polliceor fidelitatem quia
2 hoc in primo continetur. † non enim debet inuestiri qui negat iurare. d. §. nulla. ¶ Vel sic incipiat a pollicitatione fidelitatis vt litera indicat debet petere inuestituram. Nam ideo offert fidelitatem si incipiat a secundo sufficit secundum: quia includit primum sic est differentia a quo incipiatur. C. de iure deliberan. potuit. ff. de acquiren. posses. quemadmodum ⁊ hoc si natura feudi sit vt fidelitatem exposcat quod est in omni feudo: quia a fide dicitur. d. §. nulla. nisi sit datum tenore vt fidelitatem non faciat. s. que sit causa posses. §. est ⁊ alia. ⁊ tunc non habet propriam feudi naturam quantum prima ad expressum id est ad non iurandum domino in alijs obtinet feudi naturam ex quo in feudo datum est diximus. s. d. titu. in princi. ⁊ precedenti. c. j. ¶ Si ergo non petatur infra annum ⁊ diem feudum perdit sicut fuit antiquitus consuetudo mediola. sed hodie non est consuetudo mediola. d. c. que sit pri. causa pos. in princi. ¶ Et intelligenda sunt omnia iura ista quando possidet vasal. tunc. j. annum ⁊ diem petet inuestiturã maxime in regno Sicilie vbi est pro inuestitura assecuratio vasallorum quia mãdat Rex eum assecurari ab hoĩbus feudi talis qd̃ tenet ⁊ possidet. i. iuste. s. per quos fiat inuesti. in prin. ⁊ pꝫ per ea que dicta sunt. s. quo tẽpore mi. c. j. ⁊ qui. mo. feu. cõsti. potest. c. sciendũ. Nã post mortẽ patris vel dñi alius possidebat non vasallus de quo petet confirmationẽ per inuestiturã quã si non peteret. j. tẽpus puat possessione beneficij in feudo. d. c. quo tpe mil. l. sancimus. multoplus in nouo feudo promisso qñ agit vt inuestiat vt diximus in preambulis. ⁊ in hoc non prefigit tẽpus ⁊ si facta esset inuestitura ⁊ sic constitutũ feu. iure isto. d. c. sciendum. de inuesti. dictum est. ¶ Hec enim inuestitura qñ fit per hastam vel aliqd̃ corporeum non dat ius in possessione vel dñio dictũ est. s. quid sit inuestitura in prin. ⁊ ideo si agit ꝯtra dñm cõpellet tradere si de feudo cõtro. fue. si facta ꝯ. tertiũ nõ haberet actionẽ nisi crederet dñs ⁊ nisi in clandestinã possessionem induxisset vt diximus in preambulis sed iure isto infeudatio oĩs habet hoc tp̃s vt in. §. pterea.
3 in cõsti. imperialis. † facta ergo inuestitura noua vel veteri que est cõfirmatio dñs tenẽs debet tradere possessionẽ. d. ti. quid sit inuestitura. §. j. ⁊ de cõtro. inuesti. alias priuabitur proprietate feudi vt sequit. ¶ Itẽ ꝯtra tertiũ aget modo pdicto. sꝫ tertius nõ posset dicere pdidisti feudũ: qr nõ fecisti fidelitatem. h. dicit dñs cui debet dãnari ob hoc vasal. d. c. j. in fi. quo tẽpore miles ex persona tertij alius nõ obijciet. ff. si serui. ven. loci. §. cõpetit. de bo. pos. ƀm tabu. qui ex liberis. §. fi. ¶ Quantũ ad perdendum feu. ob hoc qd̃ non petijt. j. tp̃s verius dicitur vt loquat in possidente ⁊ iuste. vt dicit. c. j. per quos fiat inuesti. quia contumax tantum perdit. vt no. d. c. quo tẽpore miles. ⁊ qr perd possessionem. in. l. sancimus. Dicitur ergo infeudatus. vt in. §. preterea. qñ possidebat. minus eñ est habere actionẽ ꝙ rem. ff. de reg. iur. minus. ¶ Item loquitur hoc nõ in milite qr miles habet annũ ⁊ mensem. Verius dicit qd̃ hodie idẽ sit in oĩbus vt dictum est plene. s. quo tempore miles. c. j. j. imperialis. §. preterea si quis infeudatus que est vltima. ⁊ quod dicit perdat. ⁊ in. §. preterea amittat intellige per sentẽtiam: qr. c. j. quo tempore miles. dicit
4 damnet. qd̃ dic vt ibi sic. C. vnde vi. si qs in tantã. ¶ † Itẽ si dñs differat. j. annum ⁊ diem inuestire petentẽ priuabit a pprietate feudi. qd̃ dic vt in glo. s. per quos fiat inuesti. qr non debent ad imparia iudicari. j. qualiter dominus proprieta. feu. pri. c. ex facto. s. de. l. cor. §. ex eadem lege. ¶ Item per hanc culpam priuabitur filius etiã nedũ pater sic. C. de iure deli. cum antiquitus. ver. plurimi. s. si vasal. feu. pri. c. vasal. secus in culpa alienationis. si de feu. controuer. fue. c. titius. ⁊ diximus. s. titu. j. in prin. ¶ Agnatis in feudo antiquo non noceret dictum est hoc in. c. vasalli. quia in preiudicium agnatorum ad quos feu. ex pacto ⁊ prouidentia acquirentis qui fuit agnationis cõis pertinet nõ potest quicquam facere. s. de inuestitura. de re ali. econtrario. ¶ Hic Corradus fuit imperator: vt in cronicis legitur ⁊ in lõgo. de beneficijs ⁊ terris tribu. in nomine domini. ⁊ fecit hoc in romandiola que est ecclesie donata per antiquos imperatores a Ludouicum ⁊ alios. Tuscia ⁊ Lombardia est de imperio di-
5 ximus. s. de consti. feuda. c. j. in fi. † potest quis facere leges subditis suis extra fines regni: qr potest etiã iubere iudicare. ff. de offi. prefec. vrb. l. fin. alij ꝙ subditi non ligantur. C. de sum. trini. cunctos populos. licet aliud innuatur. j. de pace te. hac edicta. in prin. de quo dictum est in superioribus.

Preterea.

Secundum capitulum Cor. statuit Rex
6 ipse † quod si vasallus vendat vel alienet [a]
a feudum sine dñi voluntate ⁊ consensu dñs reuocat illud nõ obstante prescriptione cũ cõsensu dñi. secus. j. de phi. alie. per Lot. c. j. ⁊ Fre. in consti. imperia. s. ti. ij. in prin. ⁊ perdit feudũ si fuit sciens vasallus: qr si ignorans ⁊ iuret: qr ignorauit cũ de scientia non posset argui datur electio emptori vt dicit. j. ti. ij. dño cũ emptore. Et qd̃ dicit non obstãte prescriptione. s. cum titulo. x. an. inter presentes. xx. inter absentes longa non obest: qr alienatio nõ valuit lege phibẽte. Et ideo qd̃ ab initio non valuit tractu temporis nõ cõualescit. ff. de reg. iur. qd̃ ab initio. vt dicit in consti. imperia. §. j. longissima oberit dic vt in gloss. ¶ Alij approbant qd̃ nulla est longissima: qr cõstitutio imperialem dicit nullius temporis ⁊c. nil excipit. ff. de serui. vrba. predio. si seruitus. ⁊ hoc approbatur in summa vtrũ currat prescriptio in feudo. ⁊ hec videt vera licet glo. aliud dicat qd̃ imperator Fre. secũdus in regno Sicilie fecit constitutionẽ in ti. quibus temporibus feudũ prescribit. l. j. videt facere mentionẽ de ista consuetudine qd̃ nullo tẽpore prescribant feuda: licet constitutiones ille in regno Sicilie tantũ locum habeant: sicut ⁊ voluit ille imperator Fred. qui fuit Rex Sicilie ex parte matris aliqualem fidem in hoc facit. dum testificatur de hac consuetudine: quia et sententia principis lata super vno negotio facit ius inter omnes. C. de leg. si imperia. ¶ Sed ƀm glo. que tenet secus in longissima quando currat hec prescriptio nunquid viuente vasallo alienatore. videtur ꝙ non. s. de inuest. de re alie. §. ecõtrario. ⁊. §. rei. aut. quibus. §. dicit de longissima: maxime ƀm summaꝫ que vult vt dominus non agat: sed feudatarius cum iure communi dominus potest agere contra possessorem qui non excipiet de vtili competente feudatario. ff. de rei vendica. fruc.

Additio.
a ¶ Si vasallꝰ vẽdat vel alienet. adde feudum an possint occupare creditores etiam ppter dotes vide bal. in consil. ccclxxxij. i. j. li. ꝯ ... rũ. Et an po[ssi]t alienari fe[ud]um cũ ptestatiõe qd̃ saluũ sit ius dño directo. vide p eũdẽ in ꝯsi. ccclxxxviij. qd̃ inci. factũ tale est i eo. li. Itẽ an possit alienari iter ipsos agnatos. vide p eũdẽ i alio ꝯsil. cccxcvij. in eo. li. sꝫ an possit dari i dotẽ feudũ p eũdẽ bal. ꝯs. ccxiij. icip. quã ꝙ. Itẽ an possit permutari vel delegari p dñm iuito vasallo. vid i alio cõsil. p eũdem. cclxxv. qd̃ ici. pponit in. j. lib. Bartho. ab borra.

in fine. & ibi diximus. Hic verius dicitur vt statim postquam alienauit currat prescriptio: quia qui alienauit perdit supra titulo primo que sit causa prima. §. fina. si domino tantum competijt actio non potest dici non negligens. vt. C. de anna. exc. l. j. in fine. & .d. §. rei est dictum. quia nedum dominus statim post alienationem: imo agnati si erat paternum statim post alienationem reuocant. dictum est supra de feu. succes. capitulo. j. in fin. glosse. filius etiam viuo patre reuocat quando est ex pacto & prouidentia. s. si de feu. controuer. fue. titius. & diximus. s. titulo primo. §. primo. ¶ In regno Sicilie exigitur tricennalis cum presentia aduersarij in regno dicta constitutione. ¶ Et regno ipso nõ perditur feudum per alienationem quia ipse idem iure reuo-
7 cat diximus. s. titulo secundo. in sum. ¶ † Feudatarius ergo nõ potest alienare sine consensu domini an possit in feudum dare. ¶ Gloss. examinat plene hanc questionem & plene & in summa. ideo dimitte. est tamen tenendum qd possit si sine fraude sincere & bona fide fiat. s. qualiter olim feu. po. ali. c. primo. de leg. cor. §. pe. & in consti. imperiali. §. callis. & .§. illud quid sit sincere & bona fide glo. aperit bene hic. ¶ Sed an in regno Sicilie possit feudatarius in feudum dare. Nam constitutio regni de feudis & rebus feudalibus non alie. prohibet alienationem nisi per quã minuũtur feuda. ergo si non minuitur videtur qd concedatur a contrario. ff. de offic. eius. l. j. §. huius rei. & quia in vno prohibuit in alio videtur concessisse. ff. de iudi. cũ pretor. Uerius videtur quod prohibeatur per constitutionẽ illã diue memorie. Nam commutatio est tam rei quam persone. licet dicat litera de rebus feudalibus commutandis quando de vna persona in aliam trãsfertur. hoc non est inhibitum iure isto feudorum. de. l. cor. §. profecto. & .§. ij. Sed dicta constitutio sicut posterior generaliter loquitur vt prohibita sit omnis alienatio: quia quãtũ ad dñm feudi intelligitur diminui qd est et in melius contra suã volũtatẽ cõmutatũ. ar. ff. quẽad. vsufru. ca. l. fi. Nã si est cõtẽtus de tua psona quod sis suus vasallus nõ sic est cõtentus de alio etiam meliori dando.

Additio. In constitutione illa glossatur contrarium vt diximus. vbi de vasallo qui contra constitutionem Loth. in rubri. maxime per registrum imperatorum in archiuo
8 seruatũ † quod si feudatarius terras paruz vtiles de demanio locet vt plantentur & certa portio fructuũ reddatur annuatim dño non pecunia qd potest & non reuocatur: nisi taz modica esset portio vt rationabiliter fraus presumeretur. & ideo illud est verũ qd in augmẽtũ feudi possit. pro quo est. ff. de transa. cũ hi. §. quid ergo. vbi prohibetur transactio de alimentis sine pretore pro commodo alimẽtarij potest sine pretoris autoritate. §. ¶ Nec sequitur hec cõstitutio predicta hoc ius feudorum. patet in transactione qui ibi improbatur iure isto conceditur si de feu. contro. fue. c. si. vas. de feudo suo. & de controuersia inter vasallũ & alium de benefi. si cã debet aliquid operari dicta constitutio vt etiã alienationes concessas alias improbet sicut est datio in feudũ per quam feudũ cõmutabitur de vno in alium. Nam & verba operantur aliqd. ff. de leg. j. si qñ. qd det in feuda non cauetur iure isto nisi consuetudine non lege imperatoris alicuius. imo prohibetur generaliter. vt in constitutione imperia. l. cor. de beneficijs in lon. & terris tribu. l. in nomine dicit de alienatione domini non facienda sine voluntate vas. sic quo tẽpore miles. l. ij. que sumitur de. d. l. in nomine domini. & de leg. cor. §. ex eadem. l. de vasal. qd possit in feudum dare non dicit. vbi est illa consuetudo ibi seruetur in regno Sicilie non est. & si esset non videtur tolli per predictã constitutionẽ. si do tibi in feudũ vt te habeã in vasallum. Qño dabitur alij me inuito cũ ergo non possum proprietatem alienare inuito vasallo. vt d. l. in nomine. nec videtur equũ nec rationabile & videtur expressum dicta constitutione in fi. vbi excadentias tm̃ locat feudatarius. ¶ Et
9 est attendendum: licet allegando gl. in contrariũ dicat qd † feudatarius habet vtile dñium. Hoc tenent oẽs cõiter. licet Inn. dicat quod est chimera narrat Hostien. in sum. de feu. vt diximus. d. capitu. de inuesti. de re alie. & .j. tit. iij. si causa. ¶ Sed tunc queritur si potest in feu. dare feudatarius quod ius remanet primo infeudato danti
10 in feudum. Nam videtur quod nullũ: † quia vtile transfertur in eũ cui datur in feudum. vt hac glo. dicitur pz. ff. de contrahend. emp. qui tabernas. de leg. j. si domus in fi. dñium. i. proprietas est penes dominuz. & .s. in quib. cau. feud. amit. §. in primis differentie quod remaneat vtile vtiliter hoc est non inuenire. Inuenies tamen qd vtilis actio qñqз datur vtiliter vt in eo qui administrat negotia aliena necessitate non sponte contra quem datur neg. ge. ad ea que accesserunt negotijs puta fetus & illa vtilis datur vtiliter nota. C. de nego. gest. curatoris. ¶ Dicũt quidam quod quesitum sibi vtile non trãsfert dando in feudum. sed effectũ quẽdam vtilis dñij. s. quod in rem actionem intentet secundus feudatarius. Primus retinet sibi vtile & transfert exercitium vtilis dominij. & vtiles actiones vt actionem vtilem intentet sicut ille qui mandat iurisditionem: quia retinet sibi & exercitium iurisditionis transfert in mandatarium. ff. de dam. infec. l. j. de offi. eius cui mand. est iuris. l. j. in fin.

nec sequitur dicunt isti si hz vtilem in rem qd hz vtile dñium quia & superficiario qui non est dominus datur in rẽ actio. ff. de rei vẽ. superficiario & qui nec directo nec vtiliter est pñs hz in rem. vt publicianã insti. de act. §. alie. ff. de publi. l. j. ¶ Et sic non ob. qd dñiũ nõ est apud duos insoli. ff. commo. si vt certo. §. si duobus. de castren. pe. hereditatem. §. pater. Hic enim habet vnus vtile alius exercitium vtilis. non dicas effectum talis dominij: quia qui hz effectũ dominij hz dominiũ. ff. de reg. iur. cuius effectus sic in possessione vnus hz naturalem alius ciuilem. ff. de acq. pos. l. iij. §. ex plurimis. & .§. econtrario. Non obstat secunduz eos. l. si domus. & . l. qui tabernã. quia si voluit totuz ius qd hz transfert. vt dictis. ll. & no. in gl. C. de here. ven. emptor. sed si datur in feudũ vt sibi prestetur seruitium & ipse alij vt primo secus sicut cũ emphyteota locat quandiu sibi soluatur pensio vt insti. loc. §. adeo. sed ibi dicit glo. quod vtile primi emphyteote transfertur in secũdũ emphyteotaz. ¶ Et ideo verius videntur dicere Moderni vt nihil sibi retineat primus infeudans pro quo est quia si secundus infeudans alienat redit feudum ad primum dominum. secus in delicto contra primum dominũ cõmisso: quia redit ad secũdũ. j. imperialis. §. illud. & que sit rõ ibi diximus. ¶ Unde si non seruatur sibi pactum per secũdũ vendicet & erit casus vbi de facto agit primus. sic. C. de trans. vbi. ff. de exce. rei iudi. si quis rez. hoc dicitur in. d. glo. §. adeo. quod primus nihil sibi retineat quantum ad possessionem. dicit glo. d. §. si duobus. nec poterit excipere qd hz in feudo: quia non seruatur fides fidez non seruanti. C. de pact. cum proponas. ¶ Posset etiaz cogere scdm primus ad seruandum promissa actione ex stipulatu si fuit illud in stipu. deductũ
11 ¶ † Dñium non est apud duos insolidũ. dictis legibus. eadem ratio. est in vtili que in directo. & si aget de facto vt est dictuz lege permittente quod plerunqз fit. vt no. d. l. vbi. quia non transit illud vtile eo quod non seruat fidem. C. de pact. l. traditionibus. & de condi. ob causam. ea lege. ¶ Item sibi nil seruat sibi primus infeudatus. sed dat ea lege in feu. qua habebat potest. s. de. l. cor. §. profecto si non seruiat dño scđs non cogitur potest tamen si vult. s. qualiter feudum olim po. alie. c. j. versi. excepto. Sed ille secũdus si non seruat fidem contra primũ cui infeudauit dñs nõ potest agere quia ius suum ex legis permissione in feudum dedit. dictis. ll. qui tabernam. & si domus. in fi. non restat dño remedium: quia cum scdo non contraxit: tunc dñs quidã dari condictionem ex. l. no. glo. C. de iur. emphy. l. fi. Et hoc posset dici ad seruitium qd debetur dño quod sequitur possessorem. C. si sine cen. vel reli. l. j. & . ij. & quando. s.
12 † seruitium dño feu. debetur qui hz rempublicã vel fiscum. vt sunt reges alias iniquũ est factuz reipub. & fisci equiparari priuato. vt dicit Azo in summa. C. de iur. emphy. §. pe. pro quo est. C. de bon. vacã. l. j. ¶ Ideo dixit dñm vendicare. & sicut dictum est. s. proxi. in primo infeudante eo plus hic quia dñs ratione solius directi dñij. d. l. fructus. in fine. Sed primus agit de facto. vt. s. dictum est. & si excipiat de infeudatione replicabitur: quia non seruat fidẽ sicut dicitur dicta glos. de iur. emphy. l. fi. melius. ff. vsufr. quẽad. ca. si vsufru. mihi. & inducit. l. si cũ vẽderet. de pigno. act. de priuil. credi. si vẽtri. & de hoc ẽt diximus de cõtrouer. inuesti. §. fi. in fi.

Additio. Hoc quãdo feudatarius totum feudum alij dedisset in feudum quid si non totum. vt si comes vel baro feudum planum de tabula comitatus & baronie sibi excedens dedit in feudum. nunquid tunc transeat vtile vel quid. videtur enim aliud dici tunc quando retinet totum. & dat partem aut feudum singulariter. argumen. j. de capita. qui cur. ven. in princi. s. de controuer. inue. §. fin. vt tunc vtile remaneat apud comitem: quia directum est regis. vt diximus circa glossaz consti. in proe. & exercitium vtile transferat. vel dic idem vt vtile transtulerit ad tempus & sub modo donec prestetur sibi seruitium ab eo & eius heredibus quibus deficientibus res data & feudum statim redit ad comitez non ad regem. d. §. adeo. & C. de dona. que sub modo. l. iij. & per totum compellet etiam euz seruire sibi sicut promisit. alias diffaliet eum per pares. vt in cõstitu. regni. si vasal. vendicabit etiam de facto agens contra euz qui non poterat excipere de infeudatione. quia fidem non seruat. Sed feudum quaternatum baroni excidens Rex confert tenendum a barone. vt in constitu. post mortem. ¶ Hodie per capitula honorij confert baro etiam quaternatum in. §. si cõtingat qui corrigit constitutionem post mortem.

13 **Si mulier in ostenditijs.** Tertiuz ca. † Ostenditie sunt adiutoria que faciunt dominis pergentibus in hostem & exercitum contra inimicos suos vasalli qui non vadunt cuz eo ad exercitum sed quiescunt in domo cum deberent ire ad prelium iustum. supra hic finitur lex. in princip. & quib. mod. feu. amitt. in principio. ¶ Hec adiutoria sunt in longobarda de quolibet modio terre feudalis. xij. denarios. In teutonia ẽ decima pars fructuũ eius anni quo fit hostis sicut dz in hoste regis. s. de hũsi.

fratris

fratris.c.primo.in fine. ¶ Hodie est medietas vbiq; tam in Italia quam in alamania.si non vadit vel mittit alium acceptabilem domino.in constitutione Imperialis.§.firmiter. ¶ Item quod dicit rege scilicet ro.diximus.s.de consue.recti feu.§.sacramen. ¶ Itē quid de aliis regibus qr quelibet puincia habet suū regem.vj.q.iij.scitote.vij.q.j.in apibus.et quilibet rex habet fiscū in pma longobarda.q̄ est Roth.qui nō fuit Imperator vel rex ro. ¶ In regno Sicilie vocantur addoamenta seruitia que prestantur in pecunia: qr consueuerūt duo vel tres nō habentes feudū integrū cōbinare se et facere vnū militē qlibet pro paga hui9 militis cōfert p rata quelibet puincia habet sua vocabula.dictum est in.j.rubri.et.iiij.§.si quis de manso.

14 ¶ † Sunt etiā releuia que dāt heredes vasalli dn̄s.qd est medietas fructuum.de hoc releuio nil scriptū inueni nisi qd diximus.s.per quos fiat inuesti.§.sed et res. Sunt ab vsu loquentium.ff.de suppel.leg.l.labeo.simile ostenditur et releuio inuenies.C.de iur.emphy.l.fina.in emphyteota soluente quinquagesimam quasi releuiū: qr releuat illū cui prestat et soluitur indigenti. ¶ Nomina sunt consona rebus instituta de donatio.§.est et aliud.ff.de leg.iij.l.pe.§.alūno.dicit de his que prestabant pro introitu militie cui feuda similant.C.de inoffi.testa.omnimodo.de pig.l.fi.Indicuntur etiā indictiones tēporarie rebus.ff.de vsufru.l.quero. ¶ Hoc releuiū in regno non prestat ab emptore non a muliere: cum assecurat.nec pro prima inuestitura qn̄ de nouo concedit spectat in his consuetudo vt vbi est consuetū prestare prestet.arg.ff.de pub.si publicanus.in fi.sicut laudimum.qd est vulgare vltramontanorū: qr approbat et laudat infeudatio et alienatio a dn̄o de quo dicit in glo.in cōsti.impia.§.preterea.Debet etiā releuiū comiti vel baroni qn̄ vasal.eius deberet soluere regi.si regis immediatus esset vas.et hoc qr consuetū est in forma puilegiorum antiqua.ideo tolerabile.ff.de pollici.Imperator.lz alius q̄ fiscus nō deberet hoc sibi vēdicare.ar.C.de bo.va.l.j.lib.x. ¶ Item prestat siue feu.sit in terra cū vasal.siue nō siue in pecunia qr quota valoris ānui feu.pstat pinde.§.

Additio. Cum eadē sit ratio nec diuersitatis ratio est cum releuet inde dn̄is in terra est apta ratio qr sicut releuat dn̄m ita vas.subueniūt ei nisi esset in ɔtrariū vsitatum.Sed nō est iste de casibus vbi vasalli subueniunt dn̄o in constitutionē q̄ pluriū.Ubi vero succedēs esset minor nō soluit releuiū etiā de terra nisi qn̄ iurat dn̄o: tunc soluit releuium qn̄ iurat.Iurat autē qn̄ in etate est.s.si de feu.contro.fue.c.si mino-
15 ri.ideo bene dictum est qd spectat consuetudo.§. ¶ † Per hoc querit an prelatus nouus successor soluat releuium si tenet feudum ecclesia nō vr vti iure priuati.ar.j.sequēti.§.et hoc si sit vsitatum soluere ecclesiā illā pro feudo alias nō tenet cū platus non sit dominus rerū ecclesie imo pcurator.extra de dona.c.ij.aliqn̄ dicit dispensator aliqn̄ administrator aliqn̄ defensor.x.q.j.eps.
16 xvj.q.j.in canonibus.x.q.j.casellas. ¶ † Dn̄ium rerum ecclesie et feudi semper est apud ecclesiā.C.de sac.san.eccle.iubemus.§.scientes.et.§.si qn̄ et.l.fi.dicit qd trāsit dn̄iū in ecclesiā sine traditione debet esse dfia inter res humanas et res diuinas seu celestes.eo.titu.l.sancimus.qd dat ecclesie dat deo qui est immortalis.ff.ad.l.iul.pe.l.iiij.ad.l.fal.l.j.§.ad municipium. ¶ Possi-
a det tamē ecclesia per prelatos sicut per procuratores et colonos no.ff.qd cuius.vni.no.sicut.in fi.habet tū aliquid plus platus q̄ simplex procurator: qr habet liberā administrationē no.xxiij.q.vij.qd autē. ¶ Non tū habet liberā quātū ad alienationē: qr interdicitur alienatio ei nisi de modicis vt terras et terrulas.sed procurator habēs liberā sic fm vnā opinionē.Alij ɔ.ff.de pcur.pcu.cui libera.lz quantū ad hoc vt ille q nō hz pacē cū epo non habeat cū ecclesia.Prelatus est in ecclesia et ecclesia in prelato.vij.q.j.sacerdotes.vbi no.quot modis dicitur ecclesia extra de testamentis.relatū.Et cum in vno casu sit inducta hec pstatio releuij.s.cum succedit in feu.nō trahit in simili etiā si esset eadē ratio sicut in plaustro de vino non trahitur ad plaustrum de oleo cū sit cōtra ius no.gl.que sit lon.ɔsue.l.j. ¶ Odiosa restringuntur.ff.de lib.et posth.cum quidam. ¶ Secus si ecclesia pstitisset lōgo tempore vt curie regis allegato titulo vinceret per.l.de vsuf.ff.cum de in rem ver.lōgissimo.ff.de aqua quo.hoc iure.§.ductus aque. ¶ Item si semel prelatus soluisset et vixisset.xl.an.videtur pscriptum.de quo dic in.c.cum ecclesia sutrina.in fi.de causa pos.et pprie. ¶ Item si pbaret curia fuisse impositum cum feudo fuit datum et hoc quantum ad hoc vt teneatur et debeat soluere: sed si curia esset in possessiōe quā platus pdecessor soluisset cogeretur ecclesia soluere: salua causa pprietatis vtrum debeat extra de elect.c.querelam.in fi.que videtur exigere multas solutiones qr dicit qd multa tēpora.sed idem si semel vt no.in glo.et per Inno.in.c.cum ecclesia.pro quo est.ff.de ser.vr.pre.seruitutes que in superficie. ¶ Et hoc videtur verum qn̄ expressum esset q p releuio soluit.et sicut iure suo recipit et vti credidit fiscus.ff.de aqua quo.l.j.§.aristo.nisi soluisset cū protestatione argumē.de elec.Cuma. ¶ Item si curia existente in quasi possessione predecessor prelati non soluisset.quod indulgentia officialis curia omisit alius exigere non prohibetur.ff.de publicanis.licitatio.§.pen. ¶ Sed an ideo: qr predecessor non soluit sit ecclesia in quasi pos.nō soluendi. ¶ Rn̄deo si pbat curia quod predecessores alij soluerunt et immediate predecessor non soluit.Nō ppter hoc curia perdidit quasi possessionem suā que sine animo non amittit: sed si ille predecessor denegasset soluere tūc curia perdidisset quasi possessionē suā et iam esset ecclesia in possessione cōtrarij.s.nō soluēdi.C.de serui.et aqua.l.fi.et ex tūc videret qr curia spoliata vt agat interdicto vtili.vnde vi.per.c.querelam.et ibi no.Inno.imo si semel soluisset in.xl.an.vel non soluisset precedente denegatione qn̄ curia erat in quasi pos.et vixisset hic prelatus.xl.an.esset prescriptū.sicut dictum est et no.in c.cū ecclesia.in fi. ¶ Curie incumbit onus probādi in pmissis: qr presumitur libertas.C.de serui.si manifeste.et qr ei qui dicit incumbit pbatio.ff.de pba.l.ij.qd soluerit ecclesie probabit per registra.ff.de proba.census in aut.de man.prin.§.coges.

Additio. Per registrum Imperatoris Frederici qd est in archiuo.probatur qd prelatus nec castrensis vt narratur ibi fecit fidelitatē domino Imperatori soluere releuiū.sed non piudicauerat ecclesie factum prelati per ea que.s.dicunt.et imperator ille cōtra ecclesias multa fecit vt dicit decretalis depositionis sue ad apostolice.in eadem litera habet q imperator dabat ei literas vt clerici sui darent sacrmēta sua §. ¶ Quid si pbet curia aliquos nouos prelatos regi soluere releuium in simili qn̄ petunt assecurari a vassallo videt sufficere si vicini prelati vicinarum ecclesiarum soliti sint ar.extra de cogna.spirituali.c.super eo.de consue.cum olim.in vlt.glo.Dic q non sufficit qr onerosa et solita prestari contra ius sicut hic.qd non est conuentum nec pmissum nō extendunt ad alias personas.imo in eisdem ad alia negotia etiam similia.xij.di.omnia.ff.de le.qd vero.et no.p Inn.de hoc de offi.archi.c.fi.et pz in exēplo predicto de plaustro vini et olei.C.que sit long.consue.l.j.Si omnes ecclesie soluerent releuium nec esset determinatum quātum in quantitate staretur consuetudini et ei qd solita est vicina ecclesia.extra de censi.super eo.sicut cum certum est canonem statuere aliquid et illud hz multos intellectus staretur intellectui vicinarum ecclesiarum.vt in.c.super eo.alias consuetudo vni9 loci non ligat in alio sicut nec lex municipalis in alio municipio.et ideo dicitur seruatis his que in oppido in eodē genere cō-
17 trouersiarum et c.C.de edifi.pri.l.iiij.que sit lon.cōsue.l.j. ¶ † In feu.qd tz a domino temporali ecclesia subest ei a quo tz.extra de iudi.ceterum.de foro compe.verum.et.c.lz.et dz ppterea ea qua
18 priuati prestant qr sunt imposita.† Releuiū nō prestat ecclesia qr dominium semper est apud eam.Prelatus nō est dominus. Item no.qd dominus Azo dicit qd interdictū vtile: vn̄ vi.non hz locum quando quis spoliatur iurib9 cū non possideant Hugutio obtinuit cōtra eum in cā sancti Stephani et factum fuit forte ppterea.c.querelā.no.Rof.in interdicto vn̄ vi.in fi.ex quo opi.est canonizata illa pualet qr non dedignant leges et c.sicut in simili.ff.de iudi.si de vi.nisi alia opi.habeat validiores rationes quia canon tūc seruabitur in foro ecclesiastico.sicut Moderni dicunt.et vide que dicta sunt infra.§.proximo.et in dicto.§.sed et res.

Et iterum si clericus. Quartum capitulū Corra.cleric9 episcopus vel Abbas habebant feu.ecclesie ab imperatore vt dictum est in prima rubrica.non datum a rege vel imperatore vt.s.expositum est persone episcopi vel abbatis.imo ecclesie committunt hi prelati cōtra regem culpam ob quam laicus perderet feudum et rediret ad dominum fm diuersas sn̄ias dictas.s.q sit cā.j.§.
19 pe.et plene si vas.feu.pri.c.j.qualiter priuabitur feudo. ¶ † Preiudicabit ne delictum prelati ecclesie.dicitur quod viuo prelato isto in prelatura habente.s.honorem ecclesiasticum: qr nō erat depositus nec poterat deponi nisi a papa vel ecclesiastico iudice competenti et sic percipiebat administrando fructus bonorū ecclesie feu.hic pertineat ad regem in quem culpauit.i.fructus feud.sicut haberet episcopus culpans sic habebit rex in quem culpauit.sed mortuo eo feu.libere reuertitur ad ecclesiam et ei9 successores.h.d. ¶ Uide qd delictum prelati preiudicat ecclesie: qr erat in committendo.s.culpam.non est damnum ecclesie sed qd prelatus viuens dz habere habeat is in quem deliquit.lz in omittendo posset damnum pati ex delicto prelati.hec est cōmunis sn̄ia canonistarum.extra de dona.c.ij.per Inn.Host.xvj.q.vj.si episcopum.in glos. ¶ Secundum hoc si non solueret qd debetur pro feudo vt seruitium impositum perderet ecclesia feudum.dicit Spe.in tit.locati.Sic est in viro et alijs qui alienare non possunt necessaria alienatione perdūt ipsi et persone cuius sunt bona.ff.de fun.do.l.j.et.C.de sacrosan.ecc.iubemus nullam
20 vbi ponuntur multe opi.in glos. ¶ † Alij dicunt qd si prelatus solus peccat non preiudicat ecclesie: secus si ipse et capitulum vt ibi dicitur in gl.Nam delictum in faciendo non fuit cōmissum

Additio.
a ¶ Possidet tū ecclesia per platos. Adde an ecclesia desinet eē he[illegible] ita q p igr[illegible] [illegible] vasal[illegible] dū acqrat ecclie. vide p Bal.in cōsi.clix.qd inci.q rit primo in pmo li.ɔsilior.circa fi.ibi lz de feudalibus.sed p intelligētia materie feudorū est cōsilium multū notabile. Bartho.ab hor.

Additio.

a ¶ Ea q̄ post publicationē q̄ru nt nō sequunt regē vl fiscū. addō ex quo talis reus pduellio uiscui publicata fuerūt bona puatus est oī successione. an saltē donec viuit ip̄e h̄re possit τ nō fisc⁹. facit qd hmōi quesita post nō sequant fiscū. pter. s̄. l. si mādauero. §. is cui. hic allegatū quez tex. allegauit etiā bal. in ɔsi. suo. xxiij. in scđo li. consilioꝝ viuēte eo nō hēbit fisc⁹ eo mortuo bona oīa sūt fisci. C. de bo. proscrip. l. ij. q̄ꝛ ip nullis bōis hꝫ heredē. fac. c. felicis. de penis. τ tex. in l. q̄sq̄s. C. ad. l. iul. maiestatis. τ no. q̄ fui sepi⁹ iterrogat⁹ de hmōi passu satis q̄tidiano tpe q̄ bella igruebāt ab āno. Mccccix. vsq̄ ad ānū Mccccccxiiij. quo tpe defecere ciuitates plēs τ pluribus cōfiscata fuerūt bōa. dixit etiā s̄. i alia apostil. et multū fui gauis⁹ de autoritate dñi andree hic sup tali passu. quē multū notabis τ menti tenebis. Bart. ab bor.

vt faceret sicut non mandat procuratori soluere indebituꝫ. ff. de condi. inde. si pcurator. Sed hec ratio est non in omittēdo non est eis mādatū qd nō soluāt debitū: imo qd soluāt eadē. l. si procurator in prin. Nō facere facere est insti. de nup. §. si aduersus ff. de lib. agno. necare. Sed grauius est peccatum faciendi quā omittendi. ff. ad sil. l. ij. si non leditur ex peccato maiori: multominus ex minori. Goffre. dixit qd neutrum preiudicat. vt nar-
